



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Res à S. Ignatio Loiola Societatis Iesv Parente Gestæ

Ribadeneyra, Pedro de

Coloniae, 1622

Natalem Masuccum à tempestate. 243

urn:nbn:de:hbz:466:1-44900

iamq; tertiã lanienam indicere
 chirurgi, pater spectaculi impa-
 tiens, quod trimulum infantem à
 vulneris febrisq; acerbitate de-
 ficere sentiebat; & mox peiorum
 metuens, recurrit ad Societatis
 Collegium; quodq; de ossibus
 IGNATII fragmentum impetrat,
 id festinus super infantē deponit.
 Sub hæc redeunt medici, facturi
 in ægrum, quod fuerant minatio.
 Sed reperiunt in eo statu puerū,
 qui sectione porro non egeret. Et
 ostendit exiguo post interuallo
 puer se sospitem esse.

243 Turcæ piraticam factitan-
 tes, Natalem Masuccum de no-
 stra familia sacerdotem, ac fortè
 in Siciliam transmittentem, ce-
 perant. Atrox non diu post tem-
 pestas exorta, quam euasurum se
 non crederet, vocare opē I G N A-
 TII subigebat. Ex templo vo-
 cem accipit; ne quã dubitaret;

M 4 nau-

naufragio enim haud periturum; neque verò ad Turcarum in hospitalem barbariem peruenturū. Fregit proinde se tempestas; & nauigium ad Insulam Lampadusam intercepte Christiani. Ibi Pater iam vno discrimine defunctus, alterum quoq, discussit; cū, Ignatio patrocinate, vitā libertatemque conseruauit.

244 Panormi Cosmus est Ferrerius, medici haud incelebris, filius: quem trimum adhuc infantem gemina lues febris ac dysenteria obsidebant: Parēte iam ipso in filij funus spectante. Verū lacinia erat de sacra veste, quæ IGNATIUM olim in sacris operuerat. Hanc desperato admouet. Quod simul ac factum est, puer à funere cœpit reuerti: illoq; adhuc die inter omnium læticias mirabiliter conualuit.

245 Ceterū quæ per terras Hispanias